

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Io. Freinshemii Commentarii in libros s̄uperstites Q. Cvrtii
Rvfi**

**Freinsheim, Johann
Curtius Rufus, Quintus**

[Argentorati], [circa 1639 oder später?]

Cap. 11

urn:nbn:de:bsz:31-103771

lib.7.c.10.n.12.13.14.15.16. & c.11.n.1. Comment. in Curtium.

7,10,12. *ALEXANDER*) Cognominis hic Alexandro regi fortasse ille fuit, de quo Curtius 8, II, 10. *Duces his dati sunt Charsis & Alexander, quem rex nominis, quod sibi cum eo communis esset, admonuit. Sequitur mox de generosa eiusdem morte, quam eodem loco leges. Raderus.*

7,10,13. *CONSTITUTIONIS AVCTORIBVS*) Defectionis principibus, Arsace, Barzane, & aliis. Arrianus 4,2,1. Inter ea venerunt Phrataphernes Parthorum Satrapa, & Stasanor ad Areos missus, ut Arsacem comprehendenderent, quem quidem vincitum adduxerunt, & Barzanem, quem Bessus Parthi Satrapam dederat, & nonnullos alios, qui tum temporis via cum Besso defecerant. Raderus. Ego viceror ne fallatur Raderus, nam Curtio ut puto, de Sogdiana defectione sermo est: iterum enim atque etiam tertio defecserunt, ut ex lemmatis Diodoreis promptum est cognoscere. Arrianus autem agit de seditione, auctore Satibarzane in Areis concitata. Deinde nihil hic Arrianus de necesse illorum, quam expresse tradit Curtius, nec enim necesse est, ut statim interfectos credamus, quos audimus captos. Sic enim hunc ipsum Alexandrum euasit Sandrocottus, postea ad amplissimum imperium proiectus. Iustin. 15,4,13. quem nefcio quis auctor, Strabo ni fallor, prodit deinde quoties meminisset Alexandri toto corpore inhorrescere solitum.

OXVM) Magnopere falluntur apud Alciat. parerg. iuris 12, 4. Grammatici, qui flumen hoc Mesopotamiae faciunt, & interpretantur de eo vexatum Virgilii versum eclog. 1, 67.

Pars Scytiām, & rapidum Cretę venānam Oaxem.

7,10,14. *CONSPPECTVS EST PON(S)*) Plutarchus in vita cap. 107. scribit eum fontem fuisse pinguis liquoris, non gustu quicquam ab oleo differentis. Strabo autem lib. II. refert Macedones qui in exercitu Alexandri erant, prope Ochum effodientes, olei fontem inuenisse. Nam verisimile est, inquit, ut mira quedam & aluminosa, & sulphurea & bituminosa terram perfluent, ita quoque pinguis illuminantur: raritas autem efficit admirativum. Idem Athenaeus 2, 2. Apud alios, inquit, sunt fontes, qui pingue nescio quid habent, velut qui in Asia, de quo Alexander scriptis, se olei fontem inuenisse. Tiraquel. ad Alexand. Neapol. 1, 12. Eustathius ad Dionysium, ver. 747. ex Arriano 4, 3, 6. geminos fontes prosluissile tradit, aquæ & olei. Proinde si verus Stabo, & alii, fallitur Thomas Bzouius, qui ante Christum natum, nullum oleo fontem fluxisse existimat. tom. 2. cap. 16. Raderus.

7,10,15. *MARGINA(M)*) Pro Antiochia Margiana habeo, in Margiana regione, & Margiana resiliuo. Ortelius. Ego quidem Margiana leg. puto. sicque expressisse video Sabellium in hac historia: sed non sat scio, an recte pro Antiochia habeatur. Curtius enim de hac Margiana loquitur, quasi tum urbs fuerit: at Antiochia postea extructa est, orturnque suum Alexandro debet, si recte capio Plin. 6, 16. Eam igitur Margianam puto tum fuisse caput regionis, ipsique cognominem. ita supra urbem Hyrcanianam habuiimus ad 6, 5, 22. Notabile autem est, quod lib. II. tradit Strabo Antiochium totum eum tractum inclusisse muro stadiorum 1500.

SEX OPPIDIS) Strabo lib. II. testatur octo urbes in Bactriana & Sogdiana ab Alexandro conditas. Iustinius 12, 5, 13. In Bactrianiis quoque Sogdianiisque duodecim urbes condidit, distribuit his, quoquecumque in exercitu seductis habebat. Raderus. Has etiam intelligere videtur Alian. hist. anim. 16, 3. Deduxit eas colonias Hephaestion. Arrian. 4, 3, 8.

7,10,16. *ORIGINIS OBLITA*) Gruteri discurs. in Tacit. cap. 45.

7,11,1. *ARIMAZES*) Strabo lib. II. Ferunt etiam petras eum adhuc aliis, arque munieras, proditione interueniente, cepisse: qualis fuit Sismithra in Bactriana,

*Edriana, in qua Oxjartes filiam habuit Roxanem: & in Sogdiana alia. icem Oxi petra, quam
alii Ariamazae nominant. Polyenno 4, 3, 29. est Ariomazae.*

7, II, 5. *AN VOLARE POSSIT?* Arrian. 4, 3, 22. à quo paulum
diuerte narrat Eustath. in Dionys. verl. 747. Allusit codem Polyenno 4, 3, 29. in
descriptione huius petre, solis volucrum a'is perniam prædicans. Et vt puto, Florus 2, 12,
4. Perses ita Macedoniam suam armis ferroque vallauerat, ut non reliquise aditum, nisi
calo (deleo enim particularum à) vencari hostibus videbatur. & 4, 12, 4. Noricis animos da-
bant Alpes atque niues, quo bellum non posset adscendere.

7, II, 7. *PECORA AGERE*) Hi enim ad scāndenda prærupta erant
exercitatisimis, & in ignotis quoque montibus inuestigandæ viae gnari. Tali duce
tam supra 5, 4, 20. Perfidem intrauerat, qui ibi ait; *pastorem se fuisse, & omnes eos cal-
les percurrisse.* Quemodo apud Liuum 32, 11, 2. pastor quidam à Charopo principe Epizo-
tarum missus ad T. Quintium, se in eo saltu, qui regis tunc oneratus castris erat, armen-
tum pasceret a'is: omnes montium eorum ansæ factus calleque nosse, si secum aliquos mittere
velit, non inquis, nec per difficulti aditus supra caput hostium deducturum. Qui locus even-
tusque non sine fructu atque delectatione cum hoc comparetur.

7, II, 8. *VOBISCVM*) Hanc orationem exemplicaussa cum argumen-
to & economia posuit in XIII. eloq. parall. noster Caussinus. Raderus.

ET MEI DOCUMENTA) Que res immensum vitro citroque ne-
tit animos, & mutuæ confidentiæ implet. Non ignorauit hoc Hannibal apud Li-
uum 21, 44, 19. Non ego illud parui astimo milites, quod nemo restrum est, cuius non an-
te oculos ipse sape militare aliquod ediderim facinus, cui non idem ego virtutis spectator ac-
ceptus, notata temporibus locisque referre sua possim decora.

VESTRI HABEO) Ex Acidalii castigatione ita scripsi & edidi; antea
erat, *vestra habeo*. Raderus. Regredere ad notam 6, 9, 3.

7, II, 9. *QUE CASTRA*) Verius puto, qua (sc. parte) *castra spectant*,
nempe barbari.

7, II, 10. *NIHIL TAM ALTE*) Nobilissima sententia; quam vi-
deas à variis varie expressam. Nafo Metamorph. 14, 113.

Invia virtutis nulla est via - - -
Claudian. de bel. Gildon. vers. 320.

Inueniet virtute viam - - - Maro Georg. 1, 145.

- - - *Labor omnia vincit improbus* - - -

Terent. Heauton. Scen. 1. act. 4.

Nil tam difficile est, quin querendo inuestigari possit.

Sic de Neruis Cæsar de bello Gall. 2, 27. vbi virtutem eorum exposuisset, addit: *ut non
nequidquam tantæ virtutis homines iudicari deberent a'os esse transire latissimum flumen,
adscendere atissimas ripas, subire iniquissimum locum: que facili ex difficilimis animi ma-
gnitudo redigerat.* Huius sententiae veritatem, dum hæc scribo, recenti exemplo appro-
bat Saxonum Principum splendor BERNHARDVS, qui & ipse virtute sua in muni-
tissimam Brisacensem arcem, cum ingenti celeberrimæ famæ incremento, sibi pate-
fecit aditum.

EXPERIENDO) Theocrit. Edyll. 15, 61.

- - - *Conando Græci Troiam peruenient:*

Optima filia, conando omnia perficiuntur.

vbi Casaub. notat sic locutum Herodot. 7, 9. fin. οὐ μηδὲ ἀπέλεγον, καταρρέ-
ψι γό ἐδίν, ἀλλ' οὐτε πάντα λαθεῖσαν φαίδι γένεται: Nihil sit quod non experia-
mur. nam sua sponte nihil sit, sed omnia ab experimento hominibus fieri consueuerunt. Hinc

lib. 7. cap. II. num. 12. 15. 19. 21. 22. 23. Comment. in Curtium.

Tacitus 15, 59, 3. *Multa experiendo confieri, qua segnibus ardua videantur.* Et Annibal apud Luium 25, II, 17. *Multa, qua impedita natura sunt, consilio expediriuntur.*

7, II, 12. *AD DÉCEM HOMINES*) Arrian. 4, 3, 23. scribit vltimum 300. Daricos accepisse, quod eodem recurrit. Daricus enim daobus Philippaeis testimabatur. Plura de Daricis Matth. Hostus de re numaria. lib. 5. num. 9. pag. 765. Ex Radero.

CERTVM AVTEM) Aberat particula, nonnulo sententiae damno; quam volentib. MSS. restitui.

7, II, 15. *QVVM CVNEOS*) Quis ita barde loquutum fuisse credet Curtium & cuneos defixum, quis insisterent gradus. qua enim notione gradus hic accipias, vt non ridiculus exeat sensus. MSS. habent: *defigerent gradus subinde quis insisterent.* Vnde certum est scripsisse Curtium: *quam cuneis inter saxa defigerent gradus subinde, quis insisterent.* Sicut apud Arrianum 6, 2, 14. οἱ μὲν πυρτάλες εἰποῦσιν ἐς τὸ τεῖχον γίγνονται, καὶ τὸ τεῖχος εἰπεῖσθαι τούτων τὰς αὐτές πόρτας. Sic apud Suidam in Σάρδην, quidam nominis eius vir fortissimus, Beiudates Persarum castellum cepit. Nec sinit dubitare Luius 28, 20, 3. *sicubi nimis arduum & laue* (sic. volui scribi supra ad 5, 3, 20.) *saxum occurribat, claus per modica intervalla figentes, quin vel gradus fecisset, cuncis igitur defixis fecerunt gradus, tanquam in scalas quibus insisterent ipsi.* Quo genere scandendi exercitissimum fuit Eurybatus fur, quem ferunt dum in carcere esset coniectus, & custodiatur, à suis custodibus compotanibus solutum fuisse, & iussum edere specimen sua soteria in adib. descendendis, primum quidem hoc recusasse, deinde vero, ipsis ipsum recusantem rogantibus, cum hoc ipse agre persuassent, tandem circumpositis spongis, & stimulis, vel resinaculis ferreis, in parietes cursum ascendisse. Illis autem sufficienib., & has artes admirantibus, ipsum occupasse rectum, eoque superato, priusquam illi domum circumiuissent, de recto desiliisse. Suidas.

7, II, 19. *INTELLECTVM EST*) Ms. vnuis intellectam; aliis intellecta; omisso est: videatur fuisse: *Ex quo intellecto illam hostium latebram esse, hastis impetuere quod conuenerat signum.* &c.

7, II, 21. *NVNC INTERNITENTE*) Certissima haec est lectio ex MSS. Contra illa quam vana: *dubitare cogebat varietas cali, internitente lucis fulgore conditi.* Qui primus hunc locum corripit, videbatur sibi, credo, acutule rem proposuisse: internitente lucis fulgore oculos fuisse praestriktos, vt ccelum intueri non possent, effetque iis pro condito. Sed vel largiamur ita fuisse, fatendum erit, *varietatem quam ccelo tribuit Curtius, non congruere.* At quanto melius MSS. *dub. cog. varietas cali, nunc internitente luci fulgore, nunc condito.* Plane vel vnuis hic locus (sunt autem plures hac ope restituti) efficiat, vt persolutum mihi credam laboris operaeque, qua in varias Curtii contuli, precium. Ita suauiter depingit nobis rem ipsam, nec auditores modo sed spectatores facit. Sic enim solet esse coeli facies, diluculo, crepusculoque, vnde Latinis *dubia lux* appellatur. Seneca Hippol. 1, 1, 41. sic describit diluculum:

dum lux dubia est!

Dum signa pedum roscida tellus.

Impressa tenet

Sic apud Ouid. Metam. 11, 597. *dubia crepuscula lucis.* Sed & voci crepusculi eadem inest significatio.

7, II, 22. *OSTENDI A TERGO*) Ut inde metus ei iniiceretur, si videret alios superiorē tenere verticem, quod accidit. Simile exemplum in Luiu 4, 22. & 32, 12. Thucyd. 4, 7, 18, vbi & Thermopylarum mentio. Sallust. Iug. c. 93.

7, II, 23. *ADMISSVS*) Verissima lectio ynius ex Ms. admisssus, nimirum

Comm. in Curtium. lib.7. c.11. n.27.28.29. & l.8. c.1. n.1.4.5.

rum in conspectum colloquiumque barbari. sic alibi hoc verbi codem significatu in Curtio. mox eadem recte legi puto in recentioribus, petrem tradere, non tradere. consequenter etiam pro inituro, legam initurus. nam & eam vocem haud commodam hic esse, vidit etiam Sebilius, mutauitque initurum, non inepte. Mihi tamen etiam Ms. fauere comporio.

7, 11, 27. **ILLE QVAM QVAM** Recete videt Raderus, pronomen ad Alexandrum pertinere, quem iam adierint isti oratores, nam Acidalio, qui ad Co-phen referebat, immerito suspecta fuit haec lectio.

7, 11, 28. **VERBERIBVS AD FECTOS**) Id enim solitum ante crucem ostendit Lipsius de Cruce 2, 2. & 3.

CRUCIBVS.) Arrianus longe diuersa à Curtio tradit; nihil enim de cruciariis, sed multas ibi multorum vxores & liberos captos, atque inter has etiam Roxanem, quam postea rex duxit in uxorem, Oxyarta filiam, de qua Strabo lib. 11. Curtius 8, 4, 25. & alii in Syismithrae petra, longe alia ab hac, postea capta, prodiderunt. Arrianus omnia fere in vnum contulit, & vnum chaos confecit. Raderus.

7, 11, 29. **ESSET EI**) Melius, quæ apposita est ei. Acidalius. Posset tamen & vulgata lectio defendi, eadem ratione qua defensa est supra 7, 5, 29.

8, 1, 1. **ALEXANDER**) Liber hic Curtii ordine octauus, omnium longe nobilissimus, & rerum maiestate admirandus; & argumenti varietate iucundissimus, & fortunæ casuumque admirabilitate plane stupendus est. Raderus.

8, 1, 4. **PRÆDA**) Hanc vocem male à Modio eiusdem restituit Acidalius. Sic apud Liuium 2, 50, 3. Fabiis pecora prædanibus aliquoties, velut casis incidissent, obuiam acta ēc. & apud eundem 28, 33, 3. arte Scipionis Hispani in conspectu procul pecora, velles in Hispanos præda occupatos incurvare. Sic Ibancus cum Græcis insidias eadem ratione collocasset, illis prædam rapientibus inopinatus adueni, & Protostratorem cepit. Nicetas lib. 3. de Alexio. Quibus locis omnibus, in simili narratione præde vocabulum comparet. Sic & Anglos viceverunt Scotti An. Chr. MDXLV. Rer. Anglic. Annal. Interdum tamen contrarium euenit, vt eiusmodi insidiatores suis artibus caperentur. Sic apud Frontin. 3, 10, 6. & 7. Viriatus Segobrigenses, Scordisci Lucullum Heracleæ duarum parium præpositum (estne leg. suarum: an duar. cohortium?) deceperunt: quos pecora abigere simulantes, fugam deinde mentiti in insidias deduxerunt. Eodemque fere modo Hispani in obsidione Baroli, cum Galli iussi sunt pecora in campos Cerignolæ deduci; dispositis insidias ea rapere aggressi sunt, magnamque Gallis inservientibus intulissent cladem, nisi fortuito casu consilium eorum in contrarium verti-set. Vide Iouium in Camillo.

8, 1, 5. **CVM OMNIBVS INTEREMERVNT**) Aliter paulo. hæc Arrianus 4, 3, 9. vt ex collatione horum auctorum est cognoscere, non enim alia cauilla cum adioco, quam vt moneam n. 10. apud eum legi: οὐδὲ τοῖς Πέστωντες Σωτηλίσσει, οὐδὲ τῆς βασιλικῆς θρησκείας τοῖς ζευγάροις πεπούλαις. vbi primo velim τοὺς εἰ ζευγάρους. Zariaspa enim erant Baetriæ caput, consentaneum igitur tam ibi, quam irralis præcipuis viribus habuisse Alexandrum suam rem priuatam, Curatoresque rei dominicæ, vt posteriora facula vocauerunt. Idque exemplo regis Persarum: cuius in omni imperio passim erant στρατοι βασιλίσκοι, sive mansiones regie. Herod. 5, 52. nam de regiis per prouincias sparsis supra ad 5, 8, 1. dictum. Talis igitur ille Python fuit: non ergo numerandus in his, qui innaudeudinis causa ibi relicti erant; quod fecerunt interpres: sed credendum præter eos, ibi fuisse Pythonem, & qui adiicitur, Aristonicum citharœdum, qui quacunque de cauilla ibi tum morari potuit.